



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs**

**Dueñas, Pedro**

**Venetiis, 1566**

Regvla CLXV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

dem Amotarum. ff. rerum. Amor. Alex. in l. Gallus. §. si  
ff. de lib. & posthu.

7 Fallit 7. quando actor in fine libelli dicit saluo iure  
dendi, minuendi, & corrigendi, secundum communem  
doct. in l. edicta. C. de edendo, & Bal. in c. inter dilecti  
4. col. uers. saluo iure, de fide instru. Alber. in l. fin. C.  
diuer. rescripti. & Bar. in l. a diuo pio. in princ. ff. de re  
dicat. & d. Deci. posuit has fall. in c. ex parte nu. 46. usque  
72. & in c. licet causam, a num. 182. usque 196. de probat.

8 Fallit 8. quando qualitas ex prouisione legis est appo-  
sita in aliqua dispositione principali: tunc non censetur re-  
petita in prouisione pœnali & accessoria secundum Soc.  
in l. multa. in princ. nu. 2. ff. de cond. & demonstr. & in  
Theore. Bar. in l. stipulat. §. Grifogonus. ff. de uerb. obli-  
gu. nu. 4. Girard. sing. 3. nu. 9.

Fallit etiam quando qualitas non inest a natura, quæ  
tunc eam probare non tenetur. ut puta si quis allegat  
esse clericum, tenetur omnino probare clericatum, quia  
nemo nascitur clericus, sed si attestaretur hominem esse  
re testiculos, ex quo naturaliter homo habet testiculos,  
a natura suæ natiuitatis genitos, ideo si quis asserit illum  
non habere testiculos, tenetur uel probare per testes, uel  
per rei euidentiã, quia naturalia sunt omnino immuta-  
bilia iuribus uulgaribus.

#### REGULA CLXV.

1 Qualitates si ponuntur copulatiue in aliqua dispositione.  
An requiratur concursus utriusque, uel una tantum dicere  
est tex. in l. si is qui circa. §. utrum. ff. de reb. dub. & l. falli  
§. si. ff. de cond. & demonstr. & l. si plures institu. ff. de cond.  
inst. & uide Bar. in l. qui concubinam. in fine. ff. de leg. 1.  
Bal. in l. i. ff. de iust. & iur. & idem in l. Gallus. §. & si appo-  
rente. ff. de lib. & posth. distinguit, quam tu not. Soc. in d.  
§. utrum etiam distinguit hoc modo: aut plures qualitates  
respiciunt diuersas substantias, uel species, & tunc una  
sufficit. ut puta si in testamento legantur serui albi uel  
magni, ueniunt qui sunt absolute albi, uel absolute ma-  
gnoi. &

gai. & si legantur uestes emptæ uel paratæ tunc sufficit, altera earum. ita Bar. in d.l. qui concubinam in fine; aut ille qualitates, seu accidentia respiciunt unum subiectum cerum & limitatum & multipliciter qualificatum, & tunc utraque qualitas requiritur. ut d.l. si plures, aut qualitates & adiectiue plures respectu unius generis. & tunc sufficit verificari in uno ut puta si relinquitur quid doctoribus, & medicis, & tunc sufficit una qualitas. pro ut Bal. in d.l. i. ff. de iust. & iur. nu. 5. Ita etiam Gramma. deci. 59. nu. 37. & 38. Felin. Abb. & Deci. in c. 2. de rescript. Corn. consi. 66. circa primum in princ. uol. i.

1 Fallit 1. quando plures qualitates sunt introductæ pro forma, quia tunc una tantum non sufficit. secundum Soc. in l. falsa. §. fin. nu. 2. ff. de cond. & demonst. Cor. consi. 105. l. uol. 2. quia ea quæ sunt introducta pro forma debet ad unguem obseruari. Bal. in l. fin. col. 2. C. de suis & legit.

2 Fallit etiam quando apposita esset, dictio hoc amplius. ut puta si relinquerentur duc. 200. Titio cum peruenerit ad ætatem annorum 30. Item & amplius etiam duc. 200. sepro. An per ista dictionem censeatur facta repetitio præcedentis qualitatis annorum 30. in personam sempronij, tu tene q̄ sic. secundum Soc. in l. plures testamento. ff. de reb. dub. Boe. dec. 314. nu. 6. & Roma. sing. 172. tu audiuisti, quam no. & Per. Gerardi sing. 3. nu. 9.

3 Fallit quando duæ qualitates simul concurrunt, quarum quælibet potest operari suum officium una non derogat alteri. Ita rex. & ibi Bal. in l. titiæ testatores circa med. ff. de leg. 1. Dinus in l. generi de reg. iur. in 6.

4 Fallit quando se habet ut genus, & altera qualitas ut species, quia species non derogat generi, secundum Dyn. in d. regula, & Bal. in d.l. titiæ testatores.

5 Fallit etiam quando una qualitas se habet ut species & altera. ut indiuiduum, quia eo tunc indiuiduum derogat speciei pro ut not. Dyn. in d. regula.

6 Fallit etiam quando qualitas sunt compassibiles & nullam inuicem habent repugnantiam; tunc una non derogat alteri. ut puta si miles testatur iure communi, non

N pro-

propter hoc renunciat priuilegio militari. l. iij. ff. de milit.  
testa. l. antepenul. ff. de priuil. credit.

REGULA CLXVI.

1 Qualitas adiecta ¶ uerbo intelligitur secundum tem-  
pus uerbi. ut l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxalib. Anq.  
Aret. consi. 148. Alex. consi. 162. nu. 8. uol. 2.

1 Amplia. regulam locum habere in qualitate ad aliqui  
dignitatem uel prerogatiuam, quia illa etiam requiritur  
tempore quo dignitas uel prerogatiua defertur, ut cum  
notuit. & c. dudum. & c. cum in euentis de elect.

2 Amplia. similiter si pater ex forma statuti tenetur ali-  
gnare legitimam filio delinquenti, utique tenetur ali-  
gnare solum de bonis quæ pater habebat tempore quo  
lius deliquit & non de bonis, postea quæ sitis, quia incipit  
formari inquisitio contra patrem & eo tempore obliga-  
tio incipit habere uigorem. & ideo non debet extendi  
alio tempore. Ita Bal. in l. lex Cornelia. ff. de uulg. & pup.

3 Amplia. etiam in casu statuti prouidentis dominum te-  
neri pro delicto commissio a famulo quod utique non de-  
bet teneri pro delicto per eum commissio antequam esset  
eius famulus. secundum Flor. in d. §. si extraneus. nu. 3. ff.  
de noxa. & l. si. in princ. ff. nau. Caupo. stab. cum aliis.

4 Amplia. etiam si extaret statutum, q̄ doctor qui con-  
suluerit habeat unum duc. pro libra. & tunc quia uerbum  
doctor regitur ab illo uerbo consuluerit. Tunc sufficit q̄  
tempore consilij sit doctor. Ita est tex. in l. præcipimus. §.  
sane. C. de appell. & ibi Bar. format hanc quæst.

5 Amplia. etiam ut si impetrans ecclesiam curaciam tem-  
pore impetrationis erat inhabilis; nec teneat concessio  
liceat tempore uacaturæ reperiatur habilis. ut in c. si eo  
tempore de rescript. in 6.

1 Fallit in casu dotis secundum Deci. in consi. 5. nu. 4. in  
prima parte uol. consi. ut puta si extaret statutum, q̄ in-  
strumenta omnia debeant registrari, seu insinuari, utique  
hoc